



CHRONICON VERONENSE

Ab Anno 1117. ad Annum usque 1375.
ANNALES PARISIENSIS DECERETA.



bardiae, & præcipue in Verona.

MCLXVII. Terræmotus factus est magnus in Italia, ita & taliter quod non fuit talis ab initio seculi, & fuit IV. Junii dicti Millefimi.

MCLXXXII. Dominus Luiterus Rex Romanorum cum suo Exercitu fuit in Lombardia, & Anno prædicto ivit Romam.

MCXLII. Marcus Regulus Comes Sancti Bonifacii decessit.

MCLXII. Dominus Fredericus Romanorum Imperator Civitatem Mediolani totaliter destruxit.

MCLXIV. Die X. Septembris, Pilius Avus Azonis de Nichexola de Verona cum decem aliis Civibus Veronensibus interfecti fuerunt in carceribus Veronæ, quia tradere volebant Civitatem Veronæ dicto Frederico Imperatori. Et fuit dictus Imperator usque ad Vacal- dum cum Exercitu suo.

MCLXXII. Combusta fuit tota Civitas Veronæ per Cives Veronenses. Et ipso Anno factum fuit fundamentum Turris Dominorum Lambertorum, quæ hodie dicitur Turris à Campanis Veronæ.

MCLXXVI. Lombardi quasi omnes ex una parte bellaverunt in festo Sancti Martini cum

Imperatore Frederico, & obtinuerunt cum eo victoriam.

MCLXXXIII. Dominus Lucius Papa, & Dominus Fredericus Imperator ultimo die Julii fuerunt Veronam. Et hilariter recepti, & honorifice pertractati.

Millesimo supradicto intrante mense Januario. Maxima pars alæ Arenæ Veronæ cecidit Terræmotu magno per prius facto, videlicet ala exterior.

MCLXXXVI. Saladinus cepit Sepulcrum Domini Nostri Jesu Christi in Jerusalem. Eodem itaque Anno dictus Fredericus Imperator cum multis Baronibus ivit per Terram ultra Mare ad dictum Sepulcrum, & major pars ex iis periit.

MCLXXXIX. Dominus Imperator obiit in aqua quæ dicitur Solef.

MCLXXXIII. Circa Festum Omnium Sanctorum Dominus Henricus Imperator ivit in Apuliam, & eam sub sua potestate subjugavit, & dominio subegit. Eodem Anno Gulielmus de Oxa de Mediolano fuit Potestas Veronæ, & fecit fieri Palatium Communis Veronæ.

MCLXXXVII. Dictus Henricus Imperator in Festo Sancti Michaelis in Apulia diem suum clausit extremum. Eodem Anno Veronenses iverunt contra Paduanos, & Dominum Icerinum de Romano; & eos viriliter dimicaverunt, & in campo mortui fuerunt, plurimos gladio jugulantes.

MCLXXXIX. Die VII. exeunte Januario. Veronenses iverunt ad ædificandum Castrum Hostiliæ, quod est situm super flumen Padi. Eodem Anno Veronenses pugnaverunt cum Mantuanis in capite Pontis Molendinorum de Mantua, & de ipsis Mantuanis Victoriam habuerunt, & multos Veronam conduxerunt in carceribus Communis Veronæ XXVI. Junii. MCCVI.

KL XL 641

In Pigotis.

(D. N. 641 - 660
in unguis)

April m. 1187 de An. Trinit.

1191 D. 1192/3/4